

**S** David propheta audiuit. ideo dicit in oratione in ps. cxviij. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel oris meo. Secundo syropus recipitur de mane et de sero in certa mensura Sic debet fieri oratio deuota mane et sero et in certo numero scilicet tot Pater noster. et tot Aue maria etc. Tertio syropus recipitur cum aqua calida mixta. Sic etiam quando in oratione deus dat aliquas lachrymas etc. De quo dicitur. potius dabis nobis in lachrymis in mensura. ps. lxxix. De isto dicit christus. Oportet semper orare. i. omni die scilicet mane et sero et non deficere. Luc. xvij

**S**exto purgatio tribuitur Hoc fit in ablatione restitutione et iniuriarum remissione. Purgatio enim amara expellit humores corruptos superfluos et emittit eos. Purgatio datur contra coleram. et significat quod debemus remittere iniurias propter deum. claudere oculos. Dicant gentes quicquid voluerint. necessarium est restituere iniuriam. tu latro habes aliquid de furto in domo vel tu usurarius. vel tu manumissor. tu iudex. tu aduocatus. tu mercator. vel tu clericus. si cuius symonia obtinuisti beneficium. necessaria est vobis purgatio restitutionis si vultis saluari. et ideo dicitur. Non enim dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Regula est tam theologo quam iurista rum. xiiij. q. vj. Si res. Certe diceret aliquis. Ista purgatio amara est. alie medicine satis placent mihi. Remedium contra istam amaritudinem est gustare siue mordere in vna parte malipunci amari quod fit cogitando acerbitatem eterne damnationis. et mortem per quam vel gratis te oportet dimittere omnia que habes. Melius est modo dimittere merito restituendo. Unde Hieronymus ad paulinum vlt. cap. Facile contemnit omnia qui semper cogitat se esse moriturum. Cum remedio huius cogitationis leuiter recipitur purgatio restitutionis. unde apostolus. Reddite omnibus debita et nemini quicquam debeatis Roma. xiiij. **S**eptimo refectio conceditur quando pro confortatione dantur carnes non de boue vel de vacca. sed de pullo. et hoc fit in eucharistie comunione. quia facta restitutione homo potest comunicare et comedere agnum filium illius benedictae ouis virginis marie. Caro est delicatissima et bibitur vinum scilicet eius sanguis que intra hostiam continentur Unde ipsemet dicit. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Joh. vj. Sicut enim corpus infirmi confortatur in refectioe. sic anima in digna comunione. Sic sicut infirmo esset mors nisi purgatione comedere carnes. ita peccatori nisi restitutione comicare. Ecce ergo dicit. Ego veniam et curabo eum quod est thema. Deo gratias.

**S**erua sexta post Cinerum. sermo. j.

**A**ttēditene iusticiam vestram faciatis coram hominibus. **M**atth. vj. thema est verbum christi auisando nos dicendo. Attēditene etc. Dominus ihesus christus in hoc themate vocat penitentiam iusticiam. Et etiam consuetudo in sacra pagina tam in veteri quam in nouo testamento quod vera penitentia dicitur iusticia. Ratio. quia per penitentiam homo facit veram iusticiam de se et de omnibus bonis ex quibus communiter peccauimus que sunt tria. scilicet corpus materiale. anima rationalis. substantia temporalis. Penitentia enim si vera est debet facere iusticiam et punitionem de his tribus. Et primo facit iusticiam de corpore per ieiunia. vigilias. disciplinas. peregrinationes etc. ipsum affligendo. quia eius inclinatio multa peccata committimus. Et ideo deus facit iusticiam de corpore in inferno per illos malos ministros. Homo per penitentiam debet hic facere iusticiam Hoc privilegium fecit deus singulariter humane nature quod quilibet fecit iudicem in causa propria. Et si homo facit iusticiam de seipso est penitens. Ecce privilegium. Si nosmetipsos iudicemus non utique a domino iudicemur in corpore nostro. j. Cor. xj. Ideo quando anima penitentis que fecit iusticiam venit coram christo ad iudicium et accusatur a demonibus. tunc anima respondet dictum david in ps. cxviij. Feci iudicium et iusticiam non tradas me caluniantibus me. Item penitentia de anima. Multa peccata sunt intra animam per cogitationes malas. per odium. rancorem. maliciam. per malam voluntatem. vel per errores. et falsas opiniones. Sed penitentia facit iusticiam per deuotas orationes quasi animam suspendendo vinculo orationis deuote. que per collum transit verbaliter cuius caput ligatur in pede cathedre christi. quasi dicendo. Domine ex quo ego sum iudex in causa propria suspendendo animam meam etc. ne vos eam suspendatis in furca inferni etc. Tertio penitentia facit iusticiam de bonis temporalibus que fuerunt tibi occasio peccandi faciendo furta secreta. rapinam. usuram. exactiones superfluas recipiendo precium laborum seruum retinendo. vel bona ecclesie vel defectorum non soluendo decimas. primitias etc. Penitentia autem facit iusticiam. scilicet restituendo Patet ergo quod vera penitentia non est nisi iusticia. Ideo dicitur si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est. et fecerit iudicium et iusticiam vita viuet et non morietur omnia iniquitatum eius quas operatus est non recordabor in iusticia quam operatus est viuet Ezech. xvij De ista iusticia scilicet vera penitentia loquitur thema cum dicit. Attēditene iusticiam vestram. id est penitentiam faciatis coram hominibus. Patet ergo thema Quod sit autem cauendum ne iusticia peni

## Feria sexta post Trinerum

tentialis fiat coram hominibus ostēdit ipse christus et declarat in sancto euangelio hodierno in quo sunt tres partes. In quibus ostendit quomodo iusticia penitentialis non est fienda coram hominibus.

**¶** Et primo de corpore materiali.

**¶** Secundo de abundantia tpali.

**¶** Tertio de aia rōnali.

Dico primo etc. et hoc cum dicit in prima parte euangelij. Attendite ne iusticiā vestraz etc. que fit de corpore per ieiunia. vigilias. abstinentias faciatis coram hominibus. scilicet ad eorum cognitionem sed dei. **¶** Nota hic differentiaz inter cognitionē hominū et dei. Nam cognitio hominum solum se extendit ad opera exteriora et non ad interiora. Sed cognitio dei se extendit ad vtraque opera. quia videt omnia clare nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea que apparent. deus autem intuetur cor. j. Regl. xvij. **¶** Nota fm sanctum Thomā pma parte q̄ stione. lviij. arti. iij. quo querit utrum angeli cognoscunt cogitationes cordium. Respōsio q̄ cogitatio cordis potest dupliciter cognosci. uno modo in suo effectu. et sic non solum ad angelo sed etiam ab homine cognosci potest et tanto subtilius quanto effectus huiusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdū nō solum per actum exteriorē. sed etiam per imutationem vultus. Et etiam medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt et multo magis angeli. etiam demones quanto subtilias huiusmodi imutationes occultas corporales. Alio modo possunt cognosci cogitationes prout sunt in intellectu. et affectiones prout sunt in voluntate. Et sic solus cogitationes cordium et affectiones voluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est. quia voluntas rationalis creature soli deo subiacet. et ipse ea solus operari potest. qui est principale obiectum eius et vltimus finis. Et ideo ea que ex voluntate sola dependent. vlt que in voluntate sola sunt. soli deo nota sūt. Manifestum est autem q̄ ex voluntate sola depēdet q̄ aliquis actu aliqua consideret. quia cum aliquis habet habitum scientie vel species intelligibiles se eo existētes. vti eis cū vult. Et ideo dicit apłs. j. Cor. ij. q̄ sunt hominis nemo novit nisi spūs hoīs q̄ in ipso est. **¶** Inspecctus Thomas ibi supra. Idem dicit sc̄do scripto distinctionē octava q. v. quintū. Itē in quarto distinctionē. xlv. questione. iij. j. quintū. **¶** Modo igitur ad propositū redeundo videamus quid est ieiunare coram hominibus. Et quid est ieiunare coram deo. Ieiunare coram hominibus est a cibis carnalibus abstinerere et precipue semel in die comedere. Item ab alijs delectationibus corporis abstinerere. **¶** hoc tñ est ieiunium quod cadit in cognitionē hominum. Sed ieiunare coram deo. est quando non

solum corpus. sed etiam cor abstinet a cibis portionatis siue venenatis malarum cogitationum pravorum desideriorum. rancorum. malarū voluntatum. et cum desiderio vindicte. Et q̄ sunt multi qui ieiunant coram hominibus. et non coram deo. **¶** Ido dicit Attendite ne iusticiā vestra faciatis suple soluz coram hominibus. sed etiā coram deo. quasi diceret. sicut ieiunatis a cibis carnalibus abstinēdo. ieiunate etiā a cibis mortiferis et indigestibilibus cordis etc. **¶** Hoc ieiunium precipit christus in euangelio Matth. v. in prima parte euangelij dicens Audistis quia dictū est antiquis. Diliges primum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico vobis. diligite inimicos vestros. benefacite his qui odierunt vos. orate pro psequentibus et calūnantibus vos vt sitis filij patris vestri qui in celis est etc. vsq̄ ibi. estote perfecti sicut pater vester celestis perfectus est. **¶** Nota cū dicit estote perfecti scilicet ieiunando non solum coram hominibus sed etiam coram deo sicut pater vester celestis perfectus est qui in hoc mundo multos habuit inimicos. scilicet omnes peccatores et infideles. tamē diligit eos et dat eis beneficia solis. lune. pluvie. et prouisionis. **¶** Ido vt boni filij assimilemur patri nostro celesti. Item quia nos tenemur facere pro deo q̄ infideles. qui soluz diligunt se diligentes. hoc etiam faciunt canes Sed quando creatura diligit amore dei non solum qui eaz diligit. sed etiam inimicum ibi est meritum. Itē si resalutatis qui vos salutant nullus grates habebitis. sed multi sunt qui dicūt se non odire aliquem. sed non loquerentur cum eis nisi prius alter eis loqueretur. Et dico vobis q̄ ille qui prius loquitur et salutatur alium. ille lucratur tunc meritum siue coronam. **¶** Ido ieiunemus non soluz coram hominibus. sed coram deo. tunc erimus perfecti in nostro ieiunio. Et cum isto ieiunio cōcor dat epistola hodierna cum euangelio. **¶** Dicatur quomodo iudei tempore Esaię prophete vt habetur Esa. lvij. cap. habebant magnas tribulationes sicciatum famis locuste et huiusmodi in hierusalem. et per rectores ciuitatis fuit ordinatum vt omnes ieiunarent certis diebus. et quanto plus ieiunabant. tanto magis augmentabatur tribulatio. propter quod venerunt ad templum et orando dicebant. Quare ieiunauimus et non asperixisti. humiliauimus animas nostras et nescisti. scilicet acceptando. Et respondit eis deus p Esaiam prophetam. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. **¶** Nota non dicit dei q̄ precipit remittere et diligere inimicos. Et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et ad contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq̄ ad hanc diem vt audatur in excelso clamor vester. nūquid tale ē ieiunium qd̄ elegi p diem affligere hominē aiam suaz

**Qu**iquid istud vocaui ieiunium ⁊ dñe accepta-  
bile dño. **Nota** debitores dicunt inimici. patet  
cum dicit. **Dimitte** nobis debita nostra sicut et  
nos dimittimus debitoribus nostris. i. inimicis.  
**Repetunt** eis debita per desiderium vindicte.  
sed ieiunium qđ vult ⁊ elegit est hoc qđ sequitur.  
**Dissolue** colligationes impietatis. qđ sunt dupl̃r  
**Vel** per parentes. vel per valenta siue adiuto-  
rium. **Et** quādo dicitur eis qđ faciant pacem. di-  
cunt. **Non** facerem nisi amici mei vel illi de mea  
valenta siue adiutorio facerent. **Bonū** est req̃-  
rere eos qđ faciant pacem alias colliga te cū deo  
**Et** si eis fecisti iuramētum de valenta seu adiu-  
torio nō est seruandum. qz ē contra charitatem.  
**Ideo** dicit in plurali. **dissolue** colligationes. **Se-**  
**cundo** solue fasciculos deprimētes scz odiū qđ  
quilibet tenet in corde. **Et** hoc est ieiunium qđ  
elegi. **Hatz** ergo prima pars. **Ecce** quare dicit.  
**Attendite** **Dico** secundo qđ christus oñdit ne  
iusticia penitentialis fiat corā hominibus ō ha-  
bundantia tēporali que fit per restitutiones ⁊ ele-  
mosynas. **Et** hoc ostendit xps in secūda parte  
euangelij. **Matt̃. vj.** cum dicit. **Cum** facis ele-  
mosynas noli ante te tuba canere sicut hypocrī-  
te faciūt. ⁊ cetera qđ sequūt vide in euangelio ⁊ c̃  
vsqz ibi. reddet tibi. **Pro** declaratione hui⁹ te-  
xtus. **nota** quō antiq̃t̃ erāt iudei rabini ⁊ phari-  
sei qui non curabāt de glōria celesti. sed de gl̃ia  
temporali ⁊ terrestri. **Nō** quicquid faciebant to-  
tū faciebant solū coram hominibus. **Et** quādo  
debabant dare elemosynas. primo preconizaba-  
tur per ciuitatē ⁊ c̃. ⁊ ipi sequebant̃ preconēz vt  
a populo audirent laudes dicendo. **Qđ** pius  
ē iste ⁊ delectabantur in istis laudibus. **Ecce** va-  
na glōria. **Nō** de ipis dicit xps. **Amē** dico vobis  
receperunt mercedē suā. sic perdit illud magnū  
salarium qđ deus promittit personis misericor-  
diab⁹ dicēdo. **Beati** misericordes quoniam ipi mi-  
sericordiā cōsequētur. **Matt̃. v.** **Quādo** ani-  
ma que ex vana glōria fecit elemosynam vl̃ alia  
bona venit ad iudiciū coram xpo. statim remit-  
tit̃ ipsa ad inferaū. dicendo qđ iā hic recepit mer-  
cedem suā. **Si** dicat ergo quē modū tenebimus  
in dando elemosynas. **hoc** oñdit xps dicendo  
**Te** autē faciente elemosynā nesciat sinistra tua  
quid facit dextera tua. **Nota** hic tres morales  
expositiones. **Prima** manus dicunt diuitie tē-  
porales. **Nō** qz sicut manibus facimus oīa opa  
**Unde** dicit p̃hs qđ manus est organū organoz  
ita cum diuitijs homo facit oīa negocia. **Ma-**  
**nus** dextera ē pecunia de bono iusto cōgregata  
scz de laboribus proprijs vel possessionibus ac-  
quisita. **Manus** sinistra ē pecunia ō malo siue  
iniuste acquisita vel cōgregata scz de furto. vsu-  
ra. rapina. symonia. ⁊ similibus. **Unde** circa b̃

**Salomon.** **Leua** eius sub capite meo ⁊ dextera  
eius amplexabitur me. **Cañ. ij.** **De** sinistra autē  
dicit̃ fieri restitutio ⁊ de dextera faciēda est ele-  
mosyna. **Ideo** dicit. **Te** autem faciente ele-  
mosynam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera  
tua ⁊ c̃. **ideo** do vobis vtile cōsilium. qđ in taxa  
vestra siue bursa faciatis mediuz. ⁊ pecunia de  
bono iusto ponatur in vna parte. ⁊ de malo iu-  
sto ponatur in alia parte. quia quando simul po-  
nitur restitutio obliuioni traditur. ⁊ p̃ illud me-  
dium reducitur ad memoriā. ⁊ tunc sciētis de qđ  
manu facitis elemosynam. ⁊ de qua restitōez  
**Et** s̃m istū intellectum dicebat **Thob.** filio suo  
**Fili** mi de substantia tua nō aliena fac elemosy-  
nam ⁊ noli auertere faciē tuam ab villo paupere  
ita enim fiet vt nec a te auertatur facies domini  
**Thob. iiii.** **Secunda** expositio est ex parte in-  
tentionis dandi elemosynam. **Dicitur** manus  
dextera quando intentio est recta. **Quando** ele-  
mosyna datur solo amore ⁊ honore dei qui nob̃  
fecit tot elemosynas scz creando. prouidendo ⁊  
thesauro sui sanguinis redimendo. **Ista** inten-  
tio dicitur manus dextera. vel cogitando dabo  
modo istam elemosynam. vt quādo ego petam  
elemosynam ad portaz paradisi. deus det mihi  
elemosynam ad frustum glōrie sue. **Ista** ē ergo intētio re-  
cta. **Caue** ergo ne sinistra intentione scz laudis  
vane glōrie facias elemosynam. nesciat sinistra  
tua scz intentio vane glōrie. **Multa** enim ope-  
ra ⁊ magna perduntur sinistra intentione. **Ter-**  
**tia** expositio modus dandi elemosynam qui po-  
test esse bonus vel malus dicitur esse man⁹ de-  
xtera vel sinistra. **Bonus** modus dandi ele-  
mosynam est quādo elemosyna que est opus p̃ta-  
tatis datur cum pietate. benignitate. ⁊ ex pura  
charitate. tunc enim datur cum dextera. **Quan-**  
**do** vero malo modo sicut panis cani. vel qz sin-  
gant se nō audire pauperem vel cum indignati-  
one ex importunitate petentis. tunc datur cum  
sinistra. **Ideo** dicit textus. **Te** autēz faciēte ele-  
mosynam ⁊ c̃. **Ideo** seruandum est consiliū apo-  
stoli dicentis. **Unusquisqz** prout destinauit in  
corde suo scz dare elemosynam. non ex tristitia  
vel necessitate. **Hilarem** enim datorē diligit de-  
us. **ij. Cor. ix.** **Nota** practicz quando vadit  
aliquis ad ecclesiam vt portet in manu qđ pro-  
posuit dare amore dei. **Ecce** quare dicit. **Te** au-  
tem faciente elemosynaz. nesciat sinistra tua qđ  
faciat dextera tua. **Et** seruatur consiliūz thema-  
tis scz. **Attendite** ne iusticiam vestram faciatis  
coram hominibus ⁊ c̃. **Dico** tertio qđ in p̃te ter-  
tia euangelij christus dominus noster ostendit  
facere iusticiam penitentialēz de anima rationa-  
li non coram hominibus sed secrete. **Cū** oratis  
non eritis sicut hypocrite. vsqz reddet tibi. **Dicat̃**  
12

## Feria sexta post Cinerum

modus orandi antiquorum hypocritarum in sinagoga, viciis, et in angulis platearum ubi gentes conueniebant ut viderent, qui cum magnis suspiriis et gestibus orabant ut laudarent. **O** de istis benedictis, de quibus dicit Christus in euangelio Amen dico vobis receperunt mercedem suam. **O** stultus quod tam preciosum iocale ut est oratio dabitur pro tam modico et vili precio. **I**ohannes Christus ostendit modum orandi dicens. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, et clauso hostio ora patrem in abscondito, et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. **N**ota in cubiculum tuum. Sed circa hoc posset aliquis dicere, ergo non est orandum in templo vel in ecclesiis. **R**esponsum quod hoc intelligitur dupliciter. Primo modo conscientia dicitur cubiculum secretum, et ista est oratio dum non fit in ecclesiis, sed clamando nec magis faciendo gestus ut videamini ne alij perturbentur, sed claudendo ostium scilicet secreta orando. **E**t hoc debet intelligi de orationibus que fiunt in publico seu communi. De alijs orationibus particularibus et ceteris debet se homo claudere in camera, sic intelligitur textus. Sed posset hic aliquis arguere dicens. **V**ides quod Christus dominus noster in doctrina sua sit sibi ipsi perari, quia dicit in euangelio hodierno. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus etc. et in alio loco dicit. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. **M**att. v. videtur hic contrarietas. **R**esponsum quod non est ibi contrarietas sed audi declarationem. **C**hristus cum sit dominus et magister vniuersalis dabat doctrinam omnibus tam perfectis personis quam etiam imperfectis. Quia habebat alios instruere et in formare in vita spirituali et doctrina dicebat. Vos estis lux mundi. **E**t loquebatur apostolis et alijs perfectis personis quibus ventus adulationis non nocuit. **I**deo ait. Sic luceat lux vestra, id est opera vestra et catholica doctrina coram hominibus, ut videant etc. ac si dixisset. **P**ortate litteram regiam scilicet doctrinam euangelicam, signatam sigillo bone vite, ut quilibet dicat, per certo iste seruat quod predicat, quod alias non creditur sibi. Sed imperfectis et inchoantibus bonam vitam, quibus vetus laudis posset nocere dicit. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus etc. **H**ec questio fuit soluta facta beato Antonio qui eam declarauit isto modo. **S**icut magnus ignis non extinguitur vetero immo potius accenditur, sed modicum lumen modico vetero extinguitur. **S**ic etiam magnus ignis ardentis deuotionis et charitatis est in corpore perfectorum sed modicus in imperfectis, ideo statim extinguitur modico vento laudis, sed in perfectis magis accenditur et augmentatur. **E**t nota de magno honore fa-

cto beato Petro cum veniret antiochia, et de beato Iohanne de exilio redeunte, et de beato Paulo in galatia, ut patet ad Gal. iij.

Feria sexta post cinerum. Sermo secundus.

**A**nuncia populo meo scelera eorum. **E**sa. lviij. et in epistola hodierna. **I**n presenti sermone volo vobis ostendere et declarare aliqua grauia peccata propter quod deus est iratus contra nos, ideo mittit istas tribulationes pestilentiarum mortalitatumque per mundum. **U**t ergo ista peccata corrigantur et cesset ista plaga, volo nunc ista peccata declarare. **S**ed primo salutetur virgo maria. **A**nuncia populo meo etc. **P**ro huius verbi declaratione et materie predicande introductione. **S**ciendum quod defectus et vicia et peccata nostra in sacra scriptura nominantur diuersimode. **U**n defectus qui sunt contra primum immediate et de directo, ut furari ipsum diffamare vulnerare seu occidere, dicuntur iniustitias, id est non equitates, quia ibi non seruatur equitas a deo nobis data. **D**i. Diliges primum tuum sicut teipsum **M**att. xxij. **A**lij defectus sunt immediate et de directo contra corpus, sicut nimis comedere et bibere inebriari et huiusmodi. **I**ohannes dicit scriptura. **P**ropter crapulam multi perierunt, id est abstinentes est adiciet vitam. **E**ccl. xxxviij. **I**te luxuria est contra corpus. **A**p. Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur in corpore suo peccat. **I. Cor. vj. I**te peccatum accidie est contra corpus ad instar ensis gladii seu ferri quod rubiginem quoniam non seruit, id est de corpore. **I**ohannes laborat modo ordinato etc. **I**sti defectus dicuntur proprie peccata, id est peccata acta secundum ethimologiam, quia comedere bibere luxuriari occidere sunt acta pecudum. **A**lij defectus sunt qui sunt immediate de directo contra animam quod non tangunt primum nec corpus, ut presumptio superbia, quod solum tangunt animam, et etiam vana gloria hypocrisis ira inuidia odium malicia, mala desideria, male cogitationes, desideriorum vindicta non sunt nisi venenum quod occidit animam, expellunt gratiam dei quod est anime vita. **E**zech. xvij. **A**ia quod peccauerit ipsa morietur. **I**sta proprie dicuntur delicta quasi derelicta, quia anima debet diligenter custodiri et conseruari quasi reliquia preciosissima. **A**lia sunt qui immediate et de directo sunt contra deum qui sunt alijs maiora et grauiora, sicut iurare renegare blasphemare et huiusmodi. **E**t ista dicuntur proprie scelera, patet contra gratiam quod est inter defectus vitia et peccata stricte loquendo. **A**uctas **J**ob petens veniam a deo dicebat. **Q**uanta habeo iniustitias et peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi. **J**ob. xij. **N**ota ostende mihi, quia ad peccatorum correctionem necessaria est ipsorum cognitio, et tunc sequitur correctio. **D**e peccatis autem qui sunt singulariter contra deum.

loquitur thema predicatori dicens. **A**nnuncia populo meo supple tu predicator. scelera eorum non dicit iniquitates nec peccata nec delicta. licet sint etiam annuncianda et corrigenda sed scelera. **I**deo iuxta preceptum dei. modo volo vobis declarare et nunciare peccata que fiunt contra deum ex quibus veniunt iste tribulationes. **Q**uam annunciationem faciam per quandam figuram que habet **Ezech.** viij. vbi legitur quod in terra iuda et in ciuitate hierusalem venit magna tribulatio mortalitatis et pestilentie et populus orabat deum vt ipsos iuuaret. **E**t tribulatio augmētabatur. **D**e quo propheta dolens et admirans plāgens populum orando dicebat. **D**ñe et quare datis tot mala populo vestro. **T**ūc deus volēs reuelare prophete rōnem et cām subito portauit eū in hierusalē vt videret peccata q̄ ibi fiebāt cōtra deū. **E**t posuit ipm̄ in porta ciuitatis dicens **R**espice. **E**t ppheta respexit. et vidit ibi idolum zeli ad prouocandum iram dei. **E**t oēs gentes recurrebant ad idolum. **C**ui dixit deus. **F**ili hominis vides quid faciunt isti. **E**t ppheta. **D**ñe quale peccatum. istud sufficit vt veniant tot mala. **N**on dixit deus. qz̄ adhuc ostendat tibi alta. et duxit eū ad vnam magnā plateam ciuitatis muratam in circūitu. **E**t dixit sibi. fode parietem et vide abominationes quas isti faciunt. **C**ui fodit et vidit ibi diuersas imagines bestiarum pictas quibus senes ciuitatis dabāt incensum. **E**t dixit ppheta. **D**omine nō mirū si mittitis mala etc. **P**ostea duxit eū ad aliā plateam. et ibi vidit mulieres plorantes et plangentes adonydes **S**im poetas deū amotis. **D**omine dixit ppheta quale peccatū. neqz̄ mirum etc. **A**dhuc dixit deus. ostendam tibi amplius. **E**t duxit eum ad plateam templi dicens. **R**espice. et vidit ibi gētes vertentes dorsum templo dei. adorātes ad orientē. **E**t dixit ppheta. **D**ñe tam magnum peccatū. **T**unc dixit sibi deus. **E**x his peccatis ego faciam supple vindictam in furore meo. nec p̄cet oculus meus. nec miserebor cū clamauerit ad aures meas voce magna nō exaudiat eos. **E**ze. viij. **I**n qua figura deus ostendit pphete quattuor scelera seu peccata q̄ fiebāt p̄tra deum. que significant et figurāt quattuor p̄ctā grauiā. q̄ fiūt mō in mundo p̄tra deum imediate et de directo. **E**x quibus veniunt ista mala. **E**t nos clamam⁹ ad deū. et ipse claudit. s. aures. **I**tem dicit **A**nnuncia populo etc. **H**ec ciuitas est xp̄ianitas a dño iesu xp̄o fundata et edificata magnis laborib⁹ et multis p̄uilegijs et gratijs dotata. d̄ qua dauid **G**loriosa dicta sūt de te ciuitas dei. **I**tem porta huius ē baptismus. nec aliquis p̄t eē ciuis seu habitator huius ciuitatis nisi intret per portam huius baptismi. **H**ec porta domini. s. actiue et passiue.

isti intrabunt in eam. **E**t ibi datur fides xp̄o et abrenūciatur diabolo et pompis eius. **H**ic modum baptizandi. **S**ed hic ponitur idolum zeli quādo contra fidem christi promissaz in nostris necessitatibus recurrimus ad diabolum vt pro sanitate habenda. vel pro re perditā ad inueniēda. vel pro filijs habendis. vel si estis maleficiati statim vadatis ad idolum scz̄ diuinum in q̄ est diabolus cum quo diuinus facit opera sua. **E**cce idolum zeli ad prouocandum iram dei. qz̄ rex indignaretur si aliquis iret per ciuitatē subtrahendo sibi populū et trahendo ad suū inimicum. quid faceret rex cōtra illū et contra villam hoc facientem et ipm̄ sustinentē. tanq̄ p̄ditores daret ipsum ad furcā. **I**ta facit diuinus contra regem christum cui subtrahit populuz et trahit ipsum ad diabolum. **I**tem corripiantur etc. **H**ic q̄ modo in omnibus suis necessitatibus qlibet bonus christianus debet recurrere ad christum q̄ sanat oēs infirmitates. qz̄ diabolus non p̄t aliq̄ curare veraciter sanando. sed a lesione cessando. vt legitur i historiaz beati **B**artholomei. **I**deo in sacra scriptura precipit deus di. **C**ir si ue mulier in quibus diuinationis fuerit spirit⁹. morte moriatur lapidibus obruent eum. **L**eui. xx. **E**t quare omnis populus lapidabit. nūquid sufficeret vt cōbureretur vel suspenderetur etc. **R**espondeo. qz̄ diuinus omnibus nocet. qz̄ prouocat iram dei. **I**deo voluit deus. qz̄ nō ab vno solo homine. sed a toto populo occideretur. **I**tem quādo in vna villa vel patria sustinetur vnus diuinus. ex illo peccato deus mittit tribulationes vel inundatiōes aquaz. vt patet de abyssu diluuij etc. vel mortalitates. vt de rege saul. q̄ recurrit ad phytionissaz in endor. propter qd̄ mortuus fuit ipse et perdidit regnum pro se et suis. **I**tem **Paralip.** x. **M**ortuus est **S**aul propter iniquitates suas. eo qz̄ preuaricatus sit mandatu⁹ dñi qd̄ preceperat et non custodierit illud. sed insuper etiam phytionissam consulerit nec sperauerit in domino. propter quod interfecit eum et transtulit regnū eius ad dauid filium ysai. **V**el si fit diuisio prop̄ regimē. dicit quōd illud idolum significat domū cōsiliij. **N**ota qz̄ de⁹ precepit antiq̄tus moysi qz̄ domus cōsiliij eēt in porta ciuitatis. vt forenses possent eam statim inuenire. **Q**ue quidem domus est idolum zeli ad prouocanduz emulationes seu inuidias. **Q**uot inuidie et emulationes et zelotipie sunt in hac villa ex illo idolo qd̄ oēs adorant. **D**icit vnus. **M**ille fuit p̄siliarius et ego non fui qui sum de meliori genere etc. omnes laborant vt habeant regimen. **E**x quo sequitur multa mala inuidie destructiōes comunitatis et rancores. **E**cce dānatio aiarū propter multa peccata q̄ ibi cōcurrunt. **P**rimū ē

## **S**abbato post Cinerum

peruriū qđ ē maius peccatū qđ homicidium vt dicunt theologi. Et qñ intrant in regimē iurāt qđ pcurabūt bonū cōmunitatē fideliter. et qđ cor rigēt peccata notoria. et nihil faciunt iō sūt pūri. Scđm peccatū ē furtū. qđ multi ex ambitione regiminis expēdūt. et qñ sunt intus volūt recuperare. iō furantē a cōitate qđcqd possūt qđ ē maius peccatū et mai' furtū qđ si reciperent furtiue a psona p̄ticulari. qđ magis tenent diligere bonū cōitatis qđ p̄ticularis p̄sone. **T**ertiu' pctm ē dānū et destructio cōitatis. **N**ota similitudinez de nauī qđ debet ire vltra mare. et persone tenēt cōsiliū quis erit patronus nauis et quis nauta. et qđ marinarij rē. **S**ic in p̄posito magna nauis triū coopturaru' ē cōitas. **P**rima cooptura secreta sunt religiosi in monasterijs absconditi. **S**ecūda ē clericorū vbi sūt merces sacramentorū. **T**ertia vero vbi sit exercitiū ē laicorū. in qua optet ponere patronū scđ vicariū seu nautā. subuicariū et marinarios scđ maturos. **I**ō in p̄silio quilibz debet attendere et respicere cōitatem et nō p̄san guinitatē nec amicitia vel partē. s; vtilitatē vile. alias adorēt idolū. **I**ō neq; mirū si de' mittit ista et ducit secū filios vestros. **I**dē faciet de vobis nisi vos corrigatis rē. **S**cđm peccatum qđ ofēdit de' p̄phete. in platea ciuitatis fuit d' imaginibus et de illis qđ dabāt eis incensuz. **H**oc peccatū significat ludū taxilloz. **Q**uid aliud taxilli qđ imagines bestiarū depicte quib' maiores et seniores dant incensum. **A**niquit' solum ludebant ribaldi et lenones rē. **S**ed mō maiores vile sine aliqua verecūdia ponūt se ad ludendum tibi cū ribaldis. et emittūt incensū versus celū scđ blasphemiaz p̄tra deū et virginē mariā rē. **E**x quo peccato veniūt multa mala et plaga mortalitatum. **A**uctas **G**ir multū iurās iniquitate replebitur et non descendet a domo illius plaga. **E**ccl. xxiij. **I**dē de villa in qua de' notorie blasphemaf a qua nō recedit plaga. **N**ota penam blasphemantiū. **L**eu. xxiiij. **N**ota etiā histo. d' illo sancto qđ iuxta altare dei vidit altare diaboli vbi gentes p̄fluebāt rē. **D**icunt quidā si amo uetur ludus p̄demus ipositionez siue lucrū rē. **S**; meli' ē p̄dē impositiōes qđ corp' et animā et bona tpalia p̄ tēpestates. iō p̄uideatis rē. **T**ertiu' peccatū qđ deus ofēdit p̄phete fuit de mulieribus plangentibus adonydē rē. hoc significat peccatū mulierū qđ mō plangūt et plorant qñ pdunt filiū vel filiā dilectā dicētes in multa x̄ba stulta cōtra deū cū tñ deberēt letari. **N**unqđ gauderet si rex transiens p̄ istā villā reciperet in curiā suam filiū vestrū. et faceret ipm magnū dñm. **I**dez de regina qđ reciperet filiā v̄raz rē. **S**ic mō rex xp̄s seu papa iesus transit p̄ villā et recipit in curiaz suam filiū v̄m innocētē et bonū vt ipm faciat

magnū dñm maiorē qđ sit hic rex vel papa. **D**e hoc ergo ploratis vos **J**. d' ap̄ls. **N**olumus vos ignorare de dormientibus vt nō tristeminī sicut et ceteri qđ sp̄e nō habēt. **J**. **T**hessal. iij. **S**ed non ploratis nec plangitis mortez animaz filiorum adulteroz qui dant se peccatis blasphemijs luxurie rē. qđ recta via vadūt ad infernū et non curatis. **I**ō pōt vobis dicere fili' v̄r qñ morif. nō lite flere sup me s; sup vos flete et sup filios v̄ros scđ adultos. **L**u. xxiij. **Q**uartū pctm fuit illoz qđ verterūt dorsū ad tēplū et adorabāt ad oriētē. **E**cce hic pctm de fractiōe festiuitatū. qñ gentes despiciēbant p̄cepta et ordinatiōes ecclie. tunc verterūt dorsū ad tēplū dei et adorauerūt ad oriētē s; m qđ dicit dauid. **O**rt' est sol et exiit hō ad opationē suā. **Q**ñ ḡ gētes nō seruāt festa s; faciunt negocia in foris et ferijs rē. tūc vertunt dorsū ad adorabāt ad oriētē. **C**uz tñ de' optime diuisit tps qđ totū currit i septē diebus. et dedit nobis sex dies ad laborādum. et vos p̄titis vos ad oriētē scđ orto sole vaditis ad agrū vestrum vineā forū seu feriā. septimū diē retinuit sibi scđ dñicam. **E**t vult qđ illa die vertam' faciez ad tēplū et dorsū ad oriētē. et vos facit' opposituz. qđ qñ d' missa in qđ oēs tenemur eē qđā stāt i platea rē. quidā in vineis. qđā in lupanari. qđā i taberna rē. **D**icit de'. et vos auferet' mibi tps meū iō ego auferā vobis tps v̄m. **I**sta rōne veniūt mortalitates. qđ ille qđ debebat viuere. xl. vel lx. ānis morif cras. **I**ō dicit tpe. **L**ū accipo tps ego ego iusticial iudicabo. **P**s. lxxiiij. ecce h' pctā qđ si ūt 3 deū. p̄pē qđ veniūt iste tribulatiōes et mala. **I**ō corrigant' p̄ bonas ordiatōes. et d' iuuabit als. **E**cce quid dicit. **L**ū multiplicauerit' orōez vestra non exaudiam vos. **E**sa. j.

**S**abbato post cinerū Sermo primus.

**A**scendit ad illos  
in nauim et cessauit ventus. **M**arci vj. **P**ost qđ christus multa mirabilia fecerat i terra. fecit etiā in mari. qđ recitat' ab oibus euangelistis vt ostenderet se esse dominū non solum terre sed etiam maris. **D**icatur breuiter historia euangelij. **M**odo vt intremus se creta oportet loqui de tribus. **E**t primo de ista nauī posita in tam magna et valida fortuna. **S**cđo de hora qđ venit illa fortuna. **T**ertio d' bo no aduētū et trāquillitate ex p̄ntia. qñ ip̄e intrauit nauē. **E**t de isto tertio loquit' thema. **Q**uā tū ad primū sciendū qđ s; m oēs doctores et glossas nauis illa i tā magno piculo posita signat ecclia militatē duplici rōe. **P**ria rō ex officio. rō qđ sic nauis portat p̄sonas et merces de vno loco ad aliū. sic etiā ecclia. **E**t qđ nō nauigāt cum ista nauī oēs pereunt. **S**ic tpe **N**oe perierunt